


1521. ultimis Novembris. Ex Orig: arch: Regni

89

Taxatio Molendini in Rogosno per
Commissarios Regios

22

Sigismundus Dei gratia Rex Polonia, Ma:
gnus Dux Lithuanie, Rusie Prusieque et
Dominus et Heres. Significamus tenore presentium
quibus expedit Universis presentibus et futu:
ris harum notitiam habituris. Quomodo coram
majestate nostra constitutus generosus Era:
smus De Crethkow, filius Magnifici olim
Nicolai De Crethkow Palatini Brzestensis te:
nataris Rogoznensis suo et germanorum suo:
rum indivisorum, generosorum Sylvestri, Grego:
rij, Andrea et Nicolai similiter tenatariorum
Rogoznensium nominibus exhibuit coram nobis
litteras Commissariorum nostrorum taxandum
molendinum aquaticum in oppido nostro Ro:
gozno, seu ejus tertiam mensuram molendi:
natariam per nos Deputatorum, et Designa:
torum, sigillis eorundem Commissariorum ap:
pendentibus munitas et sigillatas, taxationem
predicti molendini seu ejus tertia mensura
molendinataria per eos factam in se conti:
nentes. Supplicans Majestati Nostrae suo et
germanorum suorum nominibus, ut eas ipsas
litteras, taxationemque predictam, et omnia
in eis contenta et expressa pro majori eorum
firmitate, approbare, ratificare, et confirmare
dignaremur, quarum tenor sequitur et est
talis: Stanislaus De Thomyre Myediracen,
Nicolaus-Dothuliczki Rogoznensis Castellani,
Petrus Conarzewski, judex terra Calisiensis, ju:

Dices


judices, taxatores ac Commissarij ad negotia
infrascripta per Majestatem Serenissimi Prin-
cipis Domini nostri, Domini Sigismundi Dei
gratia Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae,
Ruspiae, Prussiae etc. Domini et Heredis, Domini
nostri gratiosissimi Datis et specialiter Depu-
tati. Significamus tenore presentium, qui-
bus expedit Universis presentibus et futuris
harum notitiam habituris. Quod quemadmo-
dum Sacra Majestas Regia nobis commit-
tere et mandare dignata est, quatenus ad
bona Rogoznensia personaliter simul Descen-
dentes, et receptis a fide dignis hominibus
rerum non ignorari debitis testimonijs, medio
ipsorum corporali juramento super vero valore
introitus molendinorum Rogoznensium
per Magnificum olim Nicolaum De Frethkow
Palatinum Arzestensem, et tenitarium bono-
rum Rogoznensium apud generosum Andre-
am Zakrzewski Secretarium Regium, et her-
edem in Lopemno emptorum, et eideum Magni-
fico Domino Nicolao palatino coram Majesta-
te regia in scriptorum et resignatorum, ea-
dem molendina, seu potius tertiam mensuram
ejusdem molendini, alias introitus ejus annuos, nul-
li partium faventes, sed solum Deum procu-
lis habentes juste et legitime extimamus
et taxamus summam certam pecuniarum
et taxatione hujusmodi proveniente molen-
dino predicto juxta juris formam imponi et
assignari Decernentes et imponentes juxta
Dispositionem Commissionis Majestatis Regiae,

Et prout




91

et prout latius eadem Commissio canit.
In cuius molendini possessione, et tenuta
pauca, generosi Domini, Sylvester, Erasmus,
Gregorius, Andreas, et Nicolaus De Kethkow
germanii filii, et heredes legitimi, Dicti Ni:
colai palatini, vigore resignationis et inseri:
ptionis prefate patri eorum facte ad
presens constitutis. Nos igitur Commissary
et taxatores predicti Commissionem ipsam
Majestatis Regie exequi, et mandatis sua
Majestatis parere cupientes, ad instanti:
am predictorum germanorum De Kethkow
tenutarium Rogornensem in bona predi:
cta oppidum et Castrum Rogorno descen:
dentes ad taxationem molendini predicti
processimus juxta Commissionem Majesta:
tis regie, videlicet primum testimonia si:
De Dignorum hominum super valore vero in:
troituum ejus accipiendo, producti quoque fue:
runt coram nobis duo Molendinatores, qui
successive ipsum molendinum per multos
annos possidebant in testes, unus videlicet
providus Joannes Pawlyk molendinator
molendini Capituli Posnaniensis in summo
Posnaniensis circa fluvium Wartha consisten:
tis, qui molendinum Rogornense aliquot
annis tenuit, qui in eodem molendino na:
tus est, et ipse medio suo corporali ju:
ramento coram nobis preestito, Deposuit
se ad patrem suum ea predicto molendi:
no percepisse in proventibus annuatim
aliquibus annis sexaginta, aliquibus annis


quin

quingenta, aliquibus etiam quadra:
ginta marcas pecuniarum, moneta et
numeri Polonici, annuatim ex molendi:
no predicto, hoc est ex tertia sorte mo:
lendaria, ipsius molendini, provenisse
plus aliquando vel minus juxta anni cre:
scentiam, et temporis oportunitatem. A:
lius testis fuit productus providus Georgi:
us molendinator, etiam Posnaniensis mo:
lendini in fossa eundo ad Corpus Christi
extra Valsam Vratislaviensem in Ciuita:
te Posnaniensi situm, qui ipsum molen:
dinum annis quatuor possidebat, et de cuius
manibus memoratus Andreas Zakrzew:
ski, eundem molendinum seu ejus terti:
am mensuram emerat, qui similiter me:
dio suo corporali juramento deposuit ex
ipso molendino, annis singulis provenire
circa quingenta marcas pecuniarum,
plus vel minus. Similiter juxta anni et
temporis oportunitatem, fuerunt autem
producti tres alij testes, duo videlicet op:
idani ex Rogozno, qui successive circa
viginti annos officium Proconsulis agebant,
qui similiter medio juramento deposuerunt,
ex ipso molendino trasei provenire sin:
gulis hebdomadis, tres aut quatuor vel
quinque mensuras, plus, vel minus et
sitiginis ac tritici, praeterea aliquid
quod eis non erat cognitum bene emen:
surationis, ut trasearum scientia et
cognitionis suae causam reddebant, quia

Proconsul




Proconsul oppidi solet dare braxatores
 (Cerevisia), certas cedulas, sine quibus ex
 molendino braseum non accipit, juxta qua:
 rum cedularum numerum emensurando po:
 test cognosci facilliter, praeterea ex solus
 in eodem molendino consistente, aliquot
 marcae proveniunt annis singulis, tertius
 vero testis nobilis Paulus Muelenski, qui
 multis annis emensurabat in eisdem molen:
 dinis nomine et ex mandato Dicti magni:
 fici Douini Nicolai palatini, qui similiter
 prout et ipsi Oppidani super emensuratione
 praedicta deponit. Nos tandem audita ipso:
 rum testium depositione modo premisso fa:
 cta et considerata Dispositione et mandato
 commissionis regiae Majestatis introitus
 annuus molendini praedicti Rogognensis, seu
 ejus tertia Mensura, ad quinquaginta mar:
 cas pecuniarum estimavimus et taxavi:
 mus, estimamusque et taxamus per
 presentes. Et quoniam jure communi ob:
 servatum existit, ut unaqueque pecunia:
 rum ^{marca} census annui, Decem marcas pecu:
 niarum redimi debeat, et per consequens
 summam Capitalem ipsi molendino im:
 ponem, similiter unam quaevis marcae
 proventus praedicti, ex eodem molendino
 provenien, Decem marcas redimi debere
 aequum et justum esse considerantes. De:
 um et justitiam praevulis habentes
 De consilio certorum nobilium nobis assi:
 dentium, auctoritate nostra commissaria

praedicta


prædicta summam Capitalium præfate
molendino Rogoznensi quingentarum
marcarum pecuniarum monete et nume-
ri Polonici consueti imponendum et assignan-
dum fore justè et legitime existimavi-
mus, et taxavimus, prout imponimus
existimamus et taxamus tenore presen-
tium mediante, Decernentes summam
prædictam ipsi molendino, seu ejus ter-
tie mensure per nos impositam et assi-
gnatam temporibus perpetuis duraturam.
In cujus rei testimonium Sigilla nostra
presentibus sunt appensa. Actum et da-
tum in Rogozno feria secunda proxima
post festum Sacratissimi corporis Chri-
sti. Anno Domini millesimo quingente-
simo vigesimo primo. Presentibus ibi-
dem generosis, et nobilibus Mathia Szarn-
kowski Przedslao Potulicki, Mathia
Wielmyński, Joanne Gorzewski, Mathia
Opalinski, et Johanne Jordanowski asse-
soribus, testibusque circa præmissa. Nos
vero Sigismundus Rex prædictus sup-
plicationibus, Dictorum germanorum
velut justis annuentes, præinsertas
litteras taxationis molendini prædicti
in se continentes, velut juste et legiti-
me factam, omniaque et singula
in eis contenta et expressa in o-
mnibus eorum punctis, et clausulis con-
ditionibus articulisque approbandum, ra-
tificandum, et confirmandum duximus,

appro



95

approbandum, approbamusque, ratifica-
mus et confirmamus, Decernentes eas
et laxationem predictam, omniaque
in eis contenta et expressa robor fir-
mitatis debite habitura per presen-
tes. Quibus in fidem et testimonium
sigillum nostrum est subappensum. A-
ctum et Datum Piotrovia in conventio-
ne generali feria secunda proxima
ante festum Sancti Andreae apostoli,
Anno Domini millesimo quingentesimo
vicesimo primo. Regni vero nostri anno
quinto decimo.

Petrus Episcopus et Vicecancellarius
subscripsit.

Relatio Reverendi in Christo Pa-
tris Domini Petri Episcopi Posna-
niensis et Regni Poloniae Vice-
Cancellarii.

Ja Kopia przepisana z Orygina-
tu parguinowego, dnia Dnie-
wiegogo miesiaca Wrzeania, Ro-
ku Panskiego 1784. do ktorego
pieczce aderwana, y sam Orygi-
nat zannichilowany.

23

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]